

7. Lex Dei observanda, & meretricum illectamenta fugienda.

8. Sapientia à necessario, utilitate & antiquitate seipsam commendat, *Sap. 6. 15. Syr. 24.*

9. Sapientia ad instructam mensam omnes invitatur, & quis sit arguendus, docet.

10. Anima justi nunquam egebit. Os, labia & lingua justi res preciosa. Charitas delicta operit, *1. Cor. 13. 1. Pet. 4.* Benedictio Domini ditat, Spes impiorum vana.

11. Actiones piorum secundi, impiorum adversi exitus sequuntur. Fructus justi arbor vitæ.

12. Qui odit disciplinam insipiens est. Diligentia & veritas laudantur.

13. Filius sapiens amat doctrinam patris. Justus cum paupertate est dives. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam, qui autem acquiescit arguenti glorificabitur. Justo custoditur substantia peccatoris, Qui parcit virgæ, odit filium. Venter impiorum insaturabilis.

14. Sapientes & stulti contraria agunt. Post risum fletus, post gaudium luctus. Pauper ubiq; jacet. Putredo ossium invidia. Qui miseretur pauperis, honorat Deum.

15. Responsio mollis iram avertit. Deus omnia cernit, stultus disciplinam patris irridet. Cor gaudens faciem exhilarat. Bona fama saginat ossa. Gloriam præcedit humilitas, *1. Pet. 1. Psal. 110. & 113. Proverb. 18.*